



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Humanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 2. Quis possit à maiore absoluere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

De absolute ab excommunicatione?

Si contra præceptum iudicis, cum excommunicato à Iure, vel ab alio Iudice, & denunciato, prohibentis hoc sub pena excommunicationis: tunc enim, si uerferis cum illo, incurres excommunicationem maiorem.

41 In alijs casibus, quia sunt minoris momenti, est peccatum ueniale. Maius tamen peccatum est, si excommunicatus uerferetur cum alijs, quam si alij cum ipso: nam ipsi hoc prohibitum est ob proprium delictum; alijs autem prohibitum est uerferi cum ipso, ad delictum ipsius puniendum.

42 Dico Secundò: Ob metum mortis licitum est uerferi cum excommunicato, etiam in diuinis, modò id non cogaris facere in contemptum Ecclesiæ. Vide Couarru. §. 3. nu. 9. Probatur: Quia hoc commune est omnibus legibus humanis, ut nisi aliunde grauitas rei ex se aliud postulet, non obligent cum periculo mortis: non enim conueniens est, ut cù tanto rigore humana præcepta obligent. Neq; obstat cap. *Sacris*, de his quæ vi metusue causa fiunt, &c. Vbi expressè dicit Innocentius III. eum incurrere excommunicationem, *Qui metu impulsus communicat excommunicato*; quia loquitur de eo, qui compellitur leui metu.

Compulsus sacrificare, non sibi irregularis. Quòd si quis graui metu compellatur in contemptum Ecclesiæ, peccat quidem mortiferè si obtemperet (quia facit contra legem diuinam naturalem,) non tamen incurrit excommunicationem. Sic si excommunicatus compellatur sacrificare, non fiet irregularis. Ratio est; quia leges Ecclesiæ cessant in hoc periculo.

DVBIUM VII.

Qualem excommunicationem incurrit participans?

43 Respondeo: Plerumque incurrit minorem tantum. In quibusdam tamen casibus incurrit maiorem: Primò: Si participet cum excommunicato denunciato in crimine, ob quòd fuit excommunicatus: ut si sis excommunicatus ob adulterium vel fornicationem, persona quæ tecum postea committet adulterium vel fornicationem, erit excommunicata: vel si tibi auxiliu, consiliu, aut fauorem præster ad illud peccatu: ut habetur Cap. *Nuper*, & Cap. *Si Concubina*, de Sententia excommunicationis.

Participans incurrit maiorem excommunicationem simpliciter. Notandum autem; non extendi hoc ad eum, qui participat cum notorio percussore Clerici, si hic non sit denunciatus: quia Canones prædicti requirunt denuntiationem.

Secundò: Quando Clericus admittit ad diuina officia eum, qui est excommunicatus & denunciatus à Pontifice: Cap. *Significasti*, de sententia excommunicationis.

Tertiò: Quando fertur excommunicatio in participantes cum eo, qui excommunicatus est à Iure, vel à Iudice alterius tribunalis: tunc enim qui participat cum illo, statim sunt excommunicati.

Dixi à Iudice alterius Tribunalis, quia si quis ferat excommunicationem in participantes cum eo, qui excommunicatus est à se vel à suo decessore, requiritur ut trina monitio præcedat, & ut nominatim exprimantur illi participantes, ut supra num. 29. dictum est. Vide Nauarrum c. 29. num. 4.

44 Orandum est: Triplicem esse absolutio- nem. Primò: quædam datur simpliciter. Secundò: quædam datur ad cautelam, nempe quando dubium est, utrùm quis sit excommunicatus. Quicumque potest absolute simpliciter, potest etiam ad cautelam; quia non requiritur maior potestas. Tertiò: quædam datur ad reuidentiam: ut cum quis absoluitur cum onere, ut nisi intra tot dies satisfecerit, reuincat.

45 Quòd si excommunicatio lata sit sub conditione, vel cum limitatione donec satisfeceris, secuta satisfactione per se tollitur, nec opus est alia absolute. Ratio est: quia implicite simul fertur absolutio cum excommunicatione, quo modo eam ferri posse docet Couarruius §. 11. n. 5. 6. 7. quidquid alij senserint.

DVBIUM I.

Quis possit absolute ab excommunicatione minore?

46 Respondeo & Dico Primò: Probabile est à minori excommunicatione posse absolute illu, qui potest absolute à peccato, quo hæc excommunicatio contracta est. Tenet D. Thomas in *Additionibus* quæst. 23. art. 3. & Nauarrus num. 39. multiq; recentiores. Vnde, si peccatum, quo incurfa est, sit ueniale, quilibet Sacerdos poterit absolute.

47 Dico Secundò: Probabilius tamen est neminem posse ab ea absolute, nisi qui habet iurisdictionem in peccata mortifera. Est communior sententia Doctorum. Ratio est: Quia excommunicatio minor est censura Ecclesiastica excludens à participatione Sacramentorum: ergo nemo potest eam tollere, nisi qui potest impedimenta Sacramentorum submouere: atqui hic est Sacerdos habens iurisdictionem ad absoluendum à mortiferis. Vide Couarruiam §. 12. n. 5. & 6.

48 Dices: quilibet Sacerdos potest absolute à ueniali: atqui propter ueniale hæc excommunicatio potest incurri: ergo. Patet consequentia: quia, qui potest tollere fundamentum, potest etiam tollere id quod ei innititur.

49 Respondeo: Hoc non semper esse uerum; ut patet in alijs peccatis mortiferis, à quibus potest quilibet confessarius expositus absolute, quamdiu eis non est annexa censura: quando uerò hæc annexa est, non potest; vel etsi possit ab ipsis peccatis, non tamen à censura annexa, ut à suspensione, interdicto, irregularitate.

DVBIUM II.

Quis possit à maiore absolute?

50 Respondeo: & Dico Primò: A maiore excommunicatione lata ab homine in particulari contra alium, non potest absolute, nisi is, qui eam tulit, vel eius superior, aut successor, aut delegatus. Ratio est: quia aliqui disciplina ecclesiastica turbaretur: consentaneum est enim, ut is soluat, qui ligauit.

Aduerte

In foro
conscientie

Aduerte tamen; hoc intelligendum esse in foro externo: nam in foro conscientie interdum ob iustam causam absolui potest is, qui à iudice est nominatim excommunicatus: vt, si infest Iubilgum, & ille non possit adire iudicem; vel iudex nolit illum absoluerè, cum tamen paratus sit prestare id quod potest. Vide Angelum *Absolutio* 3. n. 9. In quibusdā casibus is qui excommunicauit, non potest absoluerè, quos vide apud Nauar. c. 27. n. 40.

47
Si à iure
vel genera-
liter lata ab
homin.

Dico Secundò: Ab excommunicatione, quæ à iure, vel ab homine generaliter lata est, si speciatim non referuetur, potest absoluerè quiuvis Sacerdos, qui potest à peccatis mortiferis. Ratio est; quia hoc ipso, quo non referuetur Pape, vel Episcopo, censetur eis dare commissionem omnibus Sacerdotibus peccatorum confessiones audientibus, siue sint Parochi, siue delegati Parochorum, siue Religiosi. Vide Couar. §. 12. nu. 4.

DVBIVM III.

Quando inferior possit absoluerè ab excommunicatione referuata Superiori?

48
Potest in
articulo
mortis.
quiuvis sa-
cerdos.

Respondeo & Dico Primò: In articulo mortis quilibet Sacerdos potest absoluerè ab omni excommunicatione, adhibita tamen debita cautione. Patet ex Concilio Trident. sess. 14. c. 7.

Dixi, *Adhibita cautione*: quia infirmus debet promittere, quòd, si conualecat, se presentabit illi, cui erat referuata, eiusque mandatis parebit; alioquin reincidet.

Petes: Si in articulo mortis adsit tantummodò Clericus non Sacerdos, vtrum possit moribundū ab excommunicatione absoluerè?

Idem po-
test cler-
icus non sa-
cerdos.

Respondeo: Valde probabile est, Possè: quidquid dicat Sotus & Nauarrus. Ita tenet Glossa in Cap. *A nobis*, de Sententia excommunicationis. Panormitanus, & Felinus ibidem. Angelus Verbo *Absolutio* 3. §. 17. Siluester, *Absolutio*, 1. nu. 8. qui dicunt etiam Laicum possè. Quod tamen non videtur verum; quia non est capax iurisdictionis spiritalis.

Potest cle-
ricus pri-
mæ Ton-
suræ.

De Clerico tamen, etiam primæ Tonsturæ, est valde probabile. Probatur Primò: Quia in articulo mortis Ecclesia concedit potestatem absoluedi à peccatis omni ei, qui est capax huius potestatis, id est, omni Sacerdoti: ergo similiter censetur concedere potestatem absoluedi ab excommunicatione omni ei, qui est capax huius potestatis: atqui omnis Clericus Primæ Tonsturæ est capax huius potestatis. Secundò: Hæreticus Sacerdos in eo casu potest absoluerè à peccatis: ergo multo magis quiuvis Clericus Catholicus poterit à celsuris; presertim cum hoc illi moribundo multum proficit, tum vt non desperet, tum vt pro eo possit fieri publica oratio, & concedi sacra sepultura.

49

Dico Secundò: Ex priuilegio perpetuo, vel temporaria delegatione, potest inferior absoluerè ab excommunicatione referuata. Vbi

Episcopo-
rum priu-
ilegia circa
censuras
Pape re-
feruatas.

Notandum est: Episcopis amplissima esse concessam potestatem à Concilio Tridentino sess. 14. cap. 6. de Reformatione circa excommunicationes & censuras alias Pontifici referuatas. Primò: Vt Episcopus per se, vel per Vicarium possit absoluerè ab omni excommunicatione referuata Pape, quæ proueniat ex delicto occulto. (Dicitur autem delictum occultum, quod non est notorium, etiam si quinque testibus probari possit; vt rectè Sil-

uester Verbo *Notorium*, quest. 4. qui id probat ex iure. Præterea, Si deductum est ad forum externū, sed quia probatum non est, reus est absolutus; hoc euentu censetur occultū. Ita DD. multi Salmanticensis, vt refert Vivaldus de excommunicatione nu. 41. itaque Episcopus poterit absoluerè.) Ab hæresi tamen non possit Episcopus absoluerè, nisi per seipsum. Probabile tamen est, quòd Episcopus per speciale mandatum possit eam absolutionē alteri committere: quod enim per speciale mandatum quis facit, censetur facere per seipsum.

Vtrum autem huic priuilegio derogatū sit per Bullam Cœnæ, dubium est. Valde probabile est non esse derogatum: quia Concilio Oecumenico recenti nō censetur fieri derogatio per clausulam generalem; sed debet fieri expressa eius mentio. Ita plerique Theologi in Hispaniā. Nuper tamen Congregatio Cardinaliū respondit in hæc verba: *Episcopus aut Inquisitor absoluerè non potest hominem hæreticum in foro conscientia, licet hæc facultas à Concilio sit ipsi tradita.*

An huic
priuilegio
deroget
Bulla Cœ-
næ.

Responsū
Cardinaliū

Secundò: Concedit Concilium, vt Episcopus possit dispensare in omni suspensione & irregularitate ex delicto occulto proueniente, excepta eā, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum.

Circā quæ duo priuilegia, duo sunt notanda: Alterū est, Episcopum non posse absoluerè à censurā Pape referuata, quæ proueniat ex delicto notorio, etiam si illa censura non sit denunciata. Ratio est: quia hoc à Concilio non conceditur. Tale enim delictum non est casus occultus. Alterū est: Si crimen erat occultum, tamen iam sit deductum ad forum contentiosum, id est, ad Tribunal iudicis secularis vel ecclesiastici, non posse Episcopum ab eo absoluerè. Tunc autem dicitur *deductum ad forum contentiosum*, quādo iuridicè delatum est ad iudicem, & delatio est insinuata parti.

Duo hæc
notanda.

Dico Tertio: Inferior potest absoluerè à censura superiori referuata, quando penitens habet legitimum impedimentum adeundi Superiorem: v.g. ob morbum, senium, sexum, pericula; tunc enim potest absolui ab Episcopo, sic tamen vt cessante impedimento promittat sese stitutum Pape vel Superiori, alioquin relapsurus in eandem censuram. Similiter, si Episcopo referuatur, potest absolui à Parocho. Vide Nauarrum c. 27. n. 89.

Si superior
adiri ne-
queat ab
inferior.

Petes: Vtrum absolutio extorta valeat? Respondeo: Si metu, vel vi extorta sit, iure positio est irrita: & sic extorquens incurrit notuam excommunicationem. Nauarrus nu. 125.

Abolutio
vi extorta,
non valet.

DVBIVM IV.

Quanam est forma absoluedi ab excommunicatione.

Respondeo: Forma ordinaria in foro conscientie est: Ego te absoluo à vinculo excommunicationis, quam incurristi ob talem N. causam: & restituo te sacramentis Ecclesie, & communioni fidelium: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

54

Notandū tamen, Etsi absolutio possit dari sub conditione præteritā, aut præsentī, tamen sub conditione futurā nō rectè datur, quia absolutio non est pendens. Si tamen sit detur, valet; vt rectè Couarruias §. 11. nu. 6. & talis absolutio fortietur effectum impletā conditione.

Sub qua
conditio-
ne possit dari
hæc abolu-
tio.

Petes: Quenā requiratur, vt quis possit absolui. Respondeo:

55